

che, per amor di fama, imitasse l'incendiatore del tempio di Diana, se non fosse già illustre per ben altre imprese.

Nessuna memoria dura, se non è tramandata dagli scrittori. Senz'easi sarebbero ignoti Ercole,

Troia,

Ulisse, Alessandro, Tebe, Farsaglia;

e di Roma stessa non conosceremmo che le rovine che si vedono.

Chiunque vada a Roma, e domandi chi fu Romolo, Numa, e gli altri re,

e poi i grandi repubblicani,

non lo saprà se non da chi ha letto gli scrittori.

quidem potuit eius exemplum secutus qui Diane Ephesie templum incendere voluit⁽¹⁾^(a), quo sibi vel in maximo scelere apud posteros memoriam pararet^(b), nisi meliore iam ante via plurimus^(c) laudum et glorie cumulus partus^(d) ei esset, ex quibus eterne sibi memorie fundamenta constituit. quanquam que potest^(e) esse, non dico⁵ et eterna, sed vix longa ullius rei memoria sine scriptorum^(f) ope? lateret^(g) apud inferos incognitus Hercules, aut, si magis volumus, in celo cum diis nemini^(h) metuendus, nisi poetatum fabule eum figmentaque celebrassent⁽ⁱ⁾. suo olim iam^(k) igne consumptum esset Ilion, nomenque cum^(l) memoria abiisset in cineres, nisi et 10 Grecis et Latinis auctoribus sustentaretur. quid Ulixes? quid magnus Alexander? quid Thebe? quid Pharsalia? numne^(m) nuda hec essent nomina, imo ne nomina quidem, nisi que mortalia natura fuerant, divinis ingenii immortalia redderentur? quid Roma ipsa cum tot clarissimis⁽ⁿ⁾ ducibus? quid primus Rome parens 15 Eneas? nulla prorsus esset de viris memoria; urbis autem sole reliquie, imo vero^(o) ruine quas videmus, extarent. abeas hinc iam^(p) Romanam licet et quenvis vel antiquissimum Romanum^(q) civem roges, quis Romulus fuerit^(r), alter urbi parens, quis Numa, quis Tullus uterque, quis Ancus, quis uterque Tarquinius; deinde, ut ad 20 consulum tempora veniamus^(s), quis Brutus, quis Valerius Publicola, quis fortis Horatius, quis postea Fabricius, Decii, Metelli, Claudius Nero^(t), Livius Salinator, Papirius Cursor, qui, ut ceteros preteream, divini Scipiones^(u): quisquis, inquam, erit^(v), quem roges, non facile hec^(x) norit, nisi scriptorum egregia opera^(y) usus sit. 25

(a) *RG* et credi quid potuit (b) *V* pareret (c) *B P R Bp om. iam C* iam meliore iam *Mur.* iam ante plurimus (d) *B P R G V Bp* paratus (e) *Mur.* quid potest
 (f) *V* scriptorum memoria (g) *C Ar V Mur.* iaceret. Cf. *Cic. Pro Archia*, VI, 14: «quae tacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet». Il *V.* però nel *De principibus Carrarien sibus*, p. 1 scrive: «Itaque multa hinc vetustatis cogniti... aut penitus latet aut in incerto est». (h) *RG* om. nemini (i) *C Ar V Mur.* poet. eum fabule figmentaque (*ma V* figmentumque) celebrasset (k) *C Ar V Mur.* Sua iam olim
 (l) *R Bp* nomen cum (m) *B* nun ne *P qū ne Bp* non ne *Mur.* num non (n) *C Ar V Mur.* claris (o) *V* imo vere (p) *C* abeas iam hinc *Mur.* om. iam (q) *Mur.* om. Romanum (r) *C Ar V Mur.* fuit (s) *B P R G Bp om.* quis uterque-veniamus (t) *B P R G Ra Bp om.* Claudius *Ar V* Claudius vero (u) *C Ar V* quid ut ceteros omittam *Ra sileam Mur.* omittam, Scipiones (v) *C Ar V Mur.* quis quis, inquam, erit (x) *B P om.* hec
 (y) *Mur.* ope

(1) Cf. *VAL. MAX. Fact. et dict. mem.* VIII, XIV, ext., 5.